Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et doluerunt montes gurgites aquarum misit abyssus
uocem suam altitudo manus suas leuauit sol et luna steterunt
in habitaculo suo in lumine sagittarum tuarum ibunt in splendore
fulgurantis hasta tue In fremitu conculcabis terram in
furore obstupefacies gentes Egressus es in salutem
populi tui in salutem cum christo tuo Percussisti caput de domo
impii denudasti fundamentum usque ad collum Maledixisti scep
tris eius capitis bellatorum eius uenientibus ut turbo ad
dispergendum me Exultatio eorum sicut eius qui deuorat
ut pauperem in abscondito Iam fecisti in mari equos
tuos in luto aquarum multarum Audiui et conturbatus est uenter
meus a uoce contremuerunt labia mea Ingrediat
putredo in ossibus meis et subter me scateat Vt re
quiescam in die tribulationis et ascendam ad populum accinctum
Quia ficus non florebit et non erit germen in uineis Mentiet
opus oliue et arua non afferent cibum Abscidet de ouili
pecus et non erit armentum in presepibus Ego autem in domino gau
debo et exultabo in deo iesu meo Deus dominus fortitudo mea
et ponet pedes meos quasi cerborum Et super excelsa mea deduc
et me victor in psalmis cantetur Alia p. a. Domine
audiui auditum tuum et timui Cantica Moysi Deuteronomii
Audite celi que loquor audiat terra uerba oris Cap. 32 ad
mei Concrescat in pluuia doctrina mea fluat ut
ros eloquium meum Quasi imber super herbam et quasi stille super
gramina quia nomen domini inuocabo Date magnificentiam
deo nostro dei perfecta sunt opera et omnes uie eius iudicia Deus
fidelis et absque ulla iniquitate iustus et rectus peccauerunt
ei et filii eius in sordibus Generatio prua atque peruersa
hecne reddis domino populo stulte et insipiens Nunquid non
ipse est pater tuus qui possedit et fecit et creauit te Memento
dierum antiquorum cogita generationes singulas Interroga pre